



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Sectio III. De aliis delictis carnis, eorúmque pœnis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

tem v. g. solvendam puellæ à stupratore, falsa tamen sit, probari tamen falsa non possit, non potest in foro conscientie dotem illam retinere puella; prout etiam retinere non potest, si falso asserat, invitam se, & fraudibus inductam, in sui violationem fuisse, cum sententia Iudicis falsâ nitatur præsumptione, quæ in foro conscientie cedit veritati. Probatum autem stuprum eisdem fere indicij & præsumptionibus, quibus conjugatæ adulterium probatur, cum etiam hujus vitij turpitudine vix aliam admittat probationem.

SECTIO III.

De aliis delictis carnis, eorumque penis.

Agit Auc̃. Meth. de hac materia bus §§. hujus Sectionis, quæ tam vel civilia tantum sunt, vel ex Theologis moralibus satis intelligi possunt, & pœnæ delictorum talium erudite, nulla videtur ulterior necessitas explicationis.

TITVLVS XVII.

DE RAPTORIBUS, INCENDIARIIS, ET VIOLATORIBUS ECCLESIA RUM.

Agitur in hoc Titulo non tantum de raptoribus v. g. honorum, sed etiam personarum, & hinc explicari etiam debet illud impedimentum dirimens, quod raptus dicitur. Sit ergo

SECTIO I.

De raptu, & raptoribus, eorum personarum, seu corporum, eorum etiam rerum, seu honorum.

§. I.

De raptu, & raptoribus Virginum, & aliarum mulierum, eorumque penis?

Raptus proprie quidem, in genere tamen loquendo, censetur com-

mitti, quando Virgo, vel etiam alio mulier, siue vidua, siue conjugata, siue soluta sit, modò ingenua sit, & libera (non ancilla, aut quæ impatiens vivit) libidinis, aut matrimonio contrahendi causâ per vim abducatur, siue illa illata sit ipsi fœminæ abducitæ, siue parentibus, aut tutoribus illius, sed raptus cura adhuc est, siue utrumque. Pœnæ autem in raptores tales à jure Canonico sunt plures, capitis supplicium scilicet, præter. im si Deo fuerint delectatæ abducitæ, & nullo omnino modo, quod matrimonium nullam contrahi possit, raptorem inter & raptam, &c. de jure Canonico verò raptus pœnitetur pœnâ servitutis, & si Clerici sint, vel raptores, vel raptorem adjuvantes, &c.